



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac Ex Probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniae Agrippinae, 1713

Resp. Est Sacerdos &c. Busenb.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42624

solutione , per quam iadirectè saltem tollantur peccata reservata, & acquiratur jus ad postea directè tollendas centuras & ista reservata.

§. 4. Qui confessus est animo perficiendi opera, sed non perfecit, potest post Jubilæum absolvī à reservatis, uti dictum est n. 1449. sed non potest obtainere commutationem votorum, secundūm dicta n. 1463.

C A P U T II.

De Ministro Sacramenti Pœnitentiae.

D U B I U M I.

Quis sit Minister.

REsp. Est Sacerdos approbatus ab Episcopo, (saltem respectu sacerdotalium) & habens jurisdictionem : Est certum: Ratio primæ partis sumitur ex Joannis 1. *Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis &c.* Ratio secundæ sumitur ex Trid. sess. 23. c. 15. de Ref. Ubi decernit, nullum posse audire confessiones sacerdotalium, nisi habeat beneficium Parochiale, vel approbationem ab Episcopo. Addidi, respectu sacerdotalium: quia circa confessiones Regularium, Concilium nihil videtur mutasse: unde ii cuiusvis, etiam non approbato , quem Prælatus præfecerit, possunt confiteri, intellige , quantum est ex vi Concilii, quia Gregorius XV. statuit, ut Monialium Confessarius ab Ordinario approbetur. Ratio tertiae partis ex Flor. & Trid. l.c. quia absolutio est actus judicialis , qui requirit subditos. Unde resolves,

I. Nullo casu vel dispensatione hoc Sacramentum

»mentum validè administratur à non Sacer-
»dote.

» II. Ubi Trid. est receptum, (secus alibi) nul-
»lus Sacerdos, etiam Regularis, validè absolvit,
»nisi sit approbatus, vel Parochus, cui non so-
»lùm intra, sed etiam extra Diœcesin suam, va-
»lidè delegatur jurisdictione, potestque eligi in
»Confessarium ab omni habente potestatem e-
»ligendi, quamdiu tamen retinet Parochiam.
» Ita Fill. t. 7. Fag. Suar. Dian. p. 3. t. 4. R. 146.

A D D E N D A.

1478 **Q** uæst. 212. Quid univerſim notandum fit circa
Ministrum Sacramenti Pœnitentia. R. seqq.
§. 1. Gerson p. 2. n. 32. Opus. De arte audiendi
confess. in Procœmio ait, *Ars artium est regimen*
animarum, præsertim in Confessionibus audiendis.
Consid. 1. addit, *Provideat ante omnia Confessor*
purus esse, qui purgandis animabus invigilat: spem
quoque sui laboris & perficiendi circa alios, non in
propria sed divinâ virtute reponat.

1479 §. 2. Quàm gratum Deo sit officium Con-
fessarii, explicat Ludov. De Ponte In pretiosiss
sensis parte 6. à n. 17. his verbis: *Audire & ab-
solvere confitentes est actus plane heroicus & mirum*
quantum diuinæ majestati acceptus, quia imprimis
hoc in ministerio magis immediate quàm in quovis
allo Sacerdos plurimum consert ad reducendas &
reconciliandas animas suo Creatori. Deinde quia hic
modo quodam speciali cuncta misericordie opera,
tum corporalis tum spiritualis optime exercet: hic
ignorantem docet, aberrantem in viam dirigit, offen-
sas remittit, mœrentem & contritum consolatur,
dubitanti salubria impertit consilia, pro periclitantis
salute